GORLICII

die V^to^ Julii 1779.

Comitia habebantur Consularia a Senatu Civitatis hujus Amplissimo, et Directorium Consulare teſtante Protocollo tradebatur Prima vice

Dno. Danieli Gottlieb
Hartmanno.
JCto Celeberrimo,

tempore, quo Terræ Saxonicæ ex bello exorto priſtinam requietem, quæ Dei eſt gratia, recuperaverant. Cum enim Copiæ Austriacæ cum Bohemicis in maximam electoratus Bavariæ partem ſe imitterent, exercitus regis Borussici cum Saxonico coniunctus reſiſtebat, regnum Bohemiæ invadebat, sed ab utraque parte prælia evitabantur, et in ipso bello magis de pace quam de continuatione belli cogitabatur. Exeunte autumno exercitus coniuncti Bohe-